

videtur intelligendus de solemnitate reclamatione, de qua DD. committer loquuntur, hoc est de formalitate protestatione. Ita enim censet gloss. in c. *Quod interrogasti*, in verb. *Finitis*, 27. dist. & gloss. hic in ver. *Per annum*, quam sequitur Jo. Andr. & alii communiter. Item gloss. in Clem. *Los*, hoc tit. & Holtien. *supra in c. 2. & c. Ad Apostolicam*, Franc. alios referens in d. c. 1. *post n. 3. in gloss. Videtur*, Prob. *ibidem n. 7. Ripa in c. Cùm M. n. 94. de Confit. & satis probatur in c. Cùm virum*, hic; Cùm eum non conflet evidentem contradixisse, & in cap. *Conjuncti*, hic: Propositum suum in principio protestetur, *supra eodem*. Quod ad id verum est, ut non delint graves Auctores qui sentiant nec solemnem quidem protestationem tanquam contrariam factam sufficere ad impediendam tacitam protestationem à jure indolam; cuius sententia sunt Laud. & alii relati à Gemin. in d. c. 1. Nam protestatio non valet in his quæ pendet consecutivè à dispositione juris, ut post Abb. pluribus probat Dec. in d. cap. *Cùm M. n. 67. de Confit. & vide quod scripsi post Innoc. in c. 1. n. 14. supra Quod met. caus. Præsertim verò quia verba Decii superius relata nedum formalem protestationem non important, sed ne simplicem quidem reclamationem. Considerandum est enim in religionibus sapè contingere, ut religiosi maxime indifferenter ponentes, aut præceptis læscitis, aut tædio strichosis vitæ affecti, aut ob aliam ejusmodi causam in familia verba protumpan, quæ potius indicant quamdam velleitatem, seu momentaneam animi indignationem, seu displicentiam, quæ firmum propositum relinquendi religionem & ad sæculum redeundi arg. e. *Valgaris*, §. *Co-gitatio de pen. dist. 1. c. Si quis iratus*, 2. q. 3. cum aliis adductis per Jas. in l. *Si Filium tuum n. 5. G. de inoff. testam. Nam ut inquit Cardin. Cajetan. tom. 1. opuscul. tra. 4. q. 1. velleitas non est idem actus cum voluntate deliberata, & similiter displicentia proportionali velleitati non est idem actus cum displicentia proportionali voluntati deliberatæ. Quibus accedit quod etiam ab expressa protestatione, ac formalis animi declaratione intelligitur recessum per posteriorem perseverantiam in Religione, & actus subsequentes, quibus rathabitio inducitur, ut est text. in cap. *Cùm virum*, *supra eodem*, hic, Præsertim si rathabitioe secuta (etiam eam quandoque contradixisse constitit) quod ante peltum fuerat, roboratur: intelligendum textum etiam de tacita rathabitioe juxta gloss. in c. *Significat*, in ver. *Rotam*, *supra eodem* & in Matrimonio carnali probat text. clarus in c. *Ad id quod de sponsal.***

Et generaliter protestationem ita demum prodesse si fiat immediatè ante actum contrarium, secus si ex intervallo in Matrimonio carnali Post Vincent. conclusit Præpos. in cap. *Quod interrogasti n. 11. & seq. 27. dist.* licet secundum Vincent. quem hic recitat Joan. Andr. n. 3. Si quis intra annum probationis protestetur se nolle in Religione remanere, quamvis aliquo tempore post annum remaneat, adhuc potest exire, c. *Pastoralis*, de offic. ordinari. & si voluerit remanere, adhuc habeat annum, nisi cedat in hoc juri suo. De quo Joan. Andr. remittit ad Speculat. de stat. *Monach. in ultima quest.*

Ac demum quamvis protestatio facta super dependentibus à potestate protestantis valeat, & actum vitiet, l. *Per jectum*, §. 1. ff. de usu, & hab. Bart. in l. *Quod aliena*, §. *Celsus de acquir. hered.* tamen secus est in iis quæ pendet à consensu duorum, quia protestatio non valet absque consensu alterius partis, cap. *Camano*, & in cap. *Benefic. de elect. l. fin. §. Item si prædixeris*, ff. *nav. caus. stat. Bart. per illum textum. in l. Pro herede*, §. *Porrianus num. 6. vers. ultimo*, ff. de acquir. hered. & in l. *Non solum*, §. *Morte*, col. 5. de nov. oper. nunc. ubi rationem adducit, quia sicut propositum in mente retentum nihil operatur, l. *Si repetendi*, C. de cond. ob cau. ita hæc protestatio facta, eo ignorante, cum quo postea contrahitur, nihil debet operari in illius præjudicium. Quam rationem reddidit etiam Archid. in cap. *Tua nos num. 8. de spons. & sequitur Dec. in d. cap. Cùm M. nu. 63. de Confit. & propterea gloss. in d. cap. *Tua nos*, in ver. *Mulier*, querit, si aliquis protestetur contra pluribus, quod omnia quæ dicit, vel faciet, non faciet animo contrahendi Matrimonium, & postea publice dicat, consensio in te, an sit Matrimonium, nec ne, & relolvit esse Matrimonium, & bene, secundum Joan. Andr. nam ex contrario daretur materia omnibus Matrimonium contrahentibus sic protestandi, ut potest divertere à conjugibus, si displicerent. Quod etiam docuit Innoc. in cap. *Veniens ille secundo de spons. & sequitur in d. cap. *Tua nos*, Butr. nu. 16. Anchar. nu. 8. Abb. nu. 9. Alex. de Nervo nu. 15. Præpos. nu. 2. in fin. Felin. in d. c. *Cùm M. de Confit. num. 78.* ubi etiam Ripa nu. 86. Covarr. in 4. Decret. 2. part. num. 3. Quam opinionem absolute veram dicit Holt. in d. cap. *Tua nos*, quando protestatio fit sine iusto metu, vel alia causa, quæ protestationem corroboret. Sed si sequatur copula, affirmat indistinctè intelligi recessum à protestatione etiam facta ex iusta causa, & sequitur ibi Anchar. nu. 8. subdens non obitare text. in l. *Qui in aliena §. Celsus*, ff. de acquir. ha-**

set renunciare huic beneficio, & recipiens non potest renunciare, quia nec licet auctori quod non licet reo, vel è contra; ut notatur in cap. 2. §. *Nos verò in princip. de mar. pot. nec debet arbitrium claudicare, cap. fin. de arbit. Sed contra rium dicit esse verum, quia sicut ex causa tempus probationis arctari potest, ita se prorogari; ut notatur in c. *Statutus*, infra eod. habem usque ad triennium, c. *Si quis incognitus*, 17. qu. 2. Et assignat rationem diverditatis inter Novitium, & Monasterium, quia potius in tali casu pendet obitatio ex parte ingredientis, quam recipientium, cum & ipsa ingrediens per se ad religionem servandam in genere possit se obligare etiam manens in propria domo, ut not. in d. c. *Per rectum*, supra eod. Et quia gravius periculum imminet ingredienti, quam recipienti, ut patet in eo quod not. supra in cap. *Ad nostram*, §. *Quocirca*, in princ. in ver. *Salvatus*. Et idem ei magis est providendum, c. *Quisquam*, 43. dist. *in hon. l. 1. §. 3. ff. de Carbon. edict. ibi* Nam, vel magis consulendum est illis, quibus majus periculum intenditur. Et ita testatur se vidisse observari in Fratre Raymundo de Medullione Ordinis Prædicatorum, & in Petro Bernundo de Andusia, qui & de dicto Ordine post multos annos exivit, & deinde etiam uxorem duxit, Concludit ergo Holtien. protestationem Novitii quod per lapsum anni non intendat se obligare religioni, valere, etiam si Abbas, & Conventus protestationi expressè contradicant. Et cum eo transiit ibi Jo. Andr. & Anchar. uterque num. 6. & Card. nu. 8. licet Codex Holtienis sit mendosus, & mendosè etiam à prædictis referatur, legitur enim, Numquid valeat talis renunciatio? Et secundum hoc littera non habet sensum, & sibi contradicit. Unde legendum videtur, ut dixi supra, Numquid valeat talis protestatio?*

Potè quidquid sit in Matrimonio carnali, & in aliis actibus, opinio Holtienis in professione fortè prævaleret in practica propter illius auctoritatem, & rationes, arbitror tamen requiri formalem protestationem, ac præterea ut protestatio saltem innotescat religioni per supra dicta, quorum utrumque deficit in casu præsentis.

vid. ubi protestatio procedens actu sequenti contraria facit præcisè, ut subsequens actus non valet. Quia ille text. procedit in additione hereditatis, quæ pendet ex potestate protestantis duntaxat, ac secus esse si protestatio pendeat ex voluntate duorum, quia non valet nisi innotescat parti, ut ibi per eum. Imò non sufficit, ut pars sciat, & non contradicat, sed requiritur ut expressè consentiat protestationi, idque tam in Matrimonio, ne Sacramento tam sanctum illusione & levitate contrahentium tractetur, ut ait Covarr. loc. cit. Sed etiam in aliis actibus secundum Bart. Alex. & alios communiter ibi relatos à Covarr.

At professio non pendet ex voluntate solius protestantis, sed etiam religionis recipientis, cum sit contractus ultro, citroque obligatorius, c. *Per rectum*, & cap. *Ad Apostolicam*, & utrobique notatur DD. *supra eodem*, Gemin. & Franch. in c. *ante. de voto lib. 6.* Et ita in terminis tacite professionis tradit Butr. in c. 1. nu. 16. in 4. notab. *supra*, *Quod met. caus.* ubi ait: Protestatio contra susceptionem veli de animo non profertur non juvat protestationem, non subsistente iusto metu, & sic protestatio totalem detrahens sensum facti in actibus non pendentibus à facto tantum protestantis, non juvat protestationem, ubi protestationi non consentit iz, cum quo vinculum principaliter inicit. Ergo verba Decii, quatenus etiam importarent formalem protestationem, tamen cum non modo fuerint prolata, non consentientibus Superioribus religionis, sed nec ipsis presentibus, & non contradicentibus, imò seorsum ab his, nihil debent operari, & per subsequentes actus contrarios intelligitur ab illis recessum per supra dicta: facit text. in c. *Solicitudinem de apell. & in l. Cùm in plures §. Locator*, & ibi Bart. ff. *Locati*, secundum Anchar. & alios citatos in d. c. *Tua nos*. Sed contra hoc valde viget quod determinat Holt. in c. *Ad Apostolicam*, nu. *supra eod.* ubi querit quid sit ex parte Monasterii tantum fiat renunciatio, puta quia Novitius protestatur quod non intendit se obligare religioni per lapsum temporis, sed Abbas, ac Monachi huic protestationi non consentiunt, quin potius renunciant huic juri, & similibus, non quum valeat talis protestatio? Et arguit prius quod non valeat, absurdum enim esset ut ingrediens pos-

set renunciare huic beneficio, & recipiens non potest renunciare, quia nec licet auctori quod non licet reo, vel è contra; ut notatur in cap. 2. §. *Nos verò in princip. de mar. pot. nec debet arbitrium claudicare, cap. fin. de arbit. Sed contra rium dicit esse verum, quia sicut ex causa tempus probationis arctari potest, ita se prorogari; ut notatur in c. *Statutus*, infra eod. habem usque ad triennium, c. *Si quis incognitus*, 17. qu. 2. Et assignat rationem diverditatis inter Novitium, & Monasterium, quia potius in tali casu pendet obitatio ex parte ingredientis, quam recipientium, cum & ipsa ingrediens per se ad religionem servandam in genere possit se obligare etiam manens in propria domo, ut not. in d. c. *Per rectum*, supra eod. Et quia gravius periculum imminet ingredienti, quam recipienti, ut patet in eo quod not. supra in cap. *Ad nostram*, §. *Quocirca*, in princ. in ver. *Salvatus*. Et idem ei magis est providendum, c. *Quisquam*, 43. dist. *in hon. l. 1. §. 3. ff. de Carbon. edict. ibi* Nam, vel magis consulendum est illis, quibus majus periculum intenditur. Et ita testatur se vidisse observari in Fratre Raymundo de Medullione Ordinis Prædicatorum, & in Petro Bernundo de Andusia, qui & de dicto Ordine post multos annos exivit, & deinde etiam uxorem duxit, Concludit ergo Holtien. protestationem Novitii quod per lapsum anni non intendat se obligare religioni, valere, etiam si Abbas, & Conventus protestationi expressè contradicant. Et cum eo transiit ibi Jo. Andr. & Anchar. uterque num. 6. & Card. nu. 8. licet Codex Holtienis sit mendosus, & mendosè etiam à prædictis referatur, legitur enim, Numquid valeat talis renunciatio? Et secundum hoc littera non habet sensum, & sibi contradicit. Unde legendum videtur, ut dixi supra, Numquid valeat talis protestatio?*

Potè quidquid sit in Matrimonio carnali, & in aliis actibus, opinio Holtienis in professione fortè prævaleret in practica propter illius auctoritatem, & rationes, arbitror tamen requiri formalem protestationem, ac præterea ut protestatio saltem innotescat religioni per supra dicta, quorum utrumque deficit in casu præsentis.

# DE REGULARIBUS

Gregorius IX.

## CAPUT XXIII.

Statuimus novitios in probatione positos, ante susceptum religionis habitum, qui dari profertibus consuevit, vel ante professionem emissam, ad priorem statum redire posse liberè infra annum, nisi evidentè appareat, quod tales absolute voluerint vitam mutare, & in religione perpetuò Domino deservire; Cùm quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum. Nihilominus stantentes, ad omnem ambiguitatem penitus amovendam, quod cum in quibusdam locis religiosi, novitiorum habitus non distinguatur ab habitu professorum, professionis tempore benedicantur vestes, quæ profertibus conceduntur, ut novitiorum habitus à professorum habitu discernatur.

## SUMMARIUM.

- 1 Novitius infra annum probationis liberè redit ad sa-culum, nisi professionem fecerit, vel appareat eum vitam voluisse mutare.
- 2 Habitibus profertibus non valet renunciare, nisi evidentè appareat, quod tales absolute voluerint vitam mutare, & in religione perpetuò Domino deservire; Cùm quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum.
- 3 Vestes profertibus non valet benedicere, ut ad novitiorum habitum distinguantur.
- 4 Habitibus profertibus non valet benedicere, ut ad novitiorum habitum distinguantur.
- 5 Novitius recedens à Monasterio absque licentia Abbatis non potest dici fugitivus.
- 6 Novitius quibus casibus prohibetur de jure communi à Monasterio exire.
- 7 Novitii qui disantur.
- 8 Habitibus profertibus non valet renunciare, nisi evidentè appareat, quod tales absolute voluerint vitam mutare, & in religione perpetuò Domino deservire; Cùm quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum.
- 9 Habitibus profertibus non valet benedicere, ut ad novitiorum habitum distinguantur.
- 10 Habitibus profertibus non valet benedicere, ut ad novitiorum habitum distinguantur.
- 11 Benedictio habitibus profertibus non valet benedicere, ut ad novitiorum habitum distinguantur.





Congregatio censuit non intelligi prohibitum, & ita satis cautum esse Monasterio.

Hinc orta dubitatio, An cautela adinventā à Monialibus Civitatis Alexandrinae, ut quando aliqua puella Monasterium ingreditur depositum dotis prius fiat, & deinde omne id quod in depositum recipitur, totum depositarius ipsi Monasterio ante professionem consignet, sit contra dispositionem Conc. Trid. c. 16. sess. 25. de reg. iur. Neque ante professionem; S. Congregatio censuit decretum Concil. 2. c. 16. non prohibuisse quidem huiusmodi depositum; sed quod pecuniis sic depositis datur Monasterio directe, vel indirecte, & in spem modo hinc descripto, videri omnino prohibuisse. Et licet alias Sac. Congregatio in causa Neapolitano visa fuisset, sentire posse dari, praelata idonea cautione bancaria, tamen nunc censuit non scribendum amplius in futurum secundum illam sententiam, sed secundum illam posteriorem, ut nullo modo detur Monasterio, nec cum deposito, nec sine.

Quintimo cum Moniales quaedam Mediolani pauperes et alieno contracto, quotidie ad solutionem etiam per censuras urgerentur, supplicarunt Sanctissimo ut eas liceret accipere tres dotes ab ingredientibus mulieribus, etiam ante professionem, ut eas alienum dissolvere possent, S. Congreg. censuit oblatore Concilio, etiam detur cautio bancaria, ideoque agendum cum Sanctissimo, Sanctitas sua iussit scribi litteras Card. S. Praxedis, quod si verum est illud debitum contractum esse pro necessitate alimentorum, & quod non possint aliunde satisfacere, & ob id molestentur censuris, permittat eas accipere dotes ante professionem, praelata per eum idonea fideiussione de restituendo si recesserint ante professionem.

Quamquam autem Concil. verba videantur restricta ad bona ipsius Noviti; tamen proposito dubio, An quod disponitur, c. 16. sess. 25. de regular. ne de bonis puellae aliquid Monasterio ante professionem tribuatur sub pena anathematis, habeat locum etiam aliquid tribuatur non ex puellae propriis bonis, sed ex parentum, vel consanguineorum, Sac. Congreg. censuit habere locum.

Et iterum suborto dubio, An si Novitius sit sui iuris, & non habeat parentes, possit in ingressu religionis, praefer victim aliquid donare religioni amore Dei. Censuit non posse ex verbis expressis d. c. 16.

Sed cum Livia Monasterium Monialium ingressa in anno probationis dare vellet seuta centum Monasterio in rationem centis super Monasterii bonis nomine ipsius Liviae per Moniales postea convertenda in dotem illius postquam emisisset professionem & dubitasset an hic casus esset comprehensus decreto dict. cap. 16. vers. Sed neque ante professionem: Responsum est, non esse comprehendit aut prohibitum d.



decreto cap. 16.

Super quae tenentibus, an pactis, seu conventiones, quibus Moniales aliquam pecuniam sumunt perunt à parentibus novitiae convivi causa, dum Novitia habitum suscipit vel proficiat sint iustis cap. 16. vers. Sed neque sess. 25. de regul. Sac. Congregatio censuit Decretum cap. 16. ad hunc casum non pertinere. Sed id prohiberi Constitutione Urbani IV. quae incip. Sanè. Ceterum quia ex consuetudine Mediolanensi recepta & à bon. mem. Cardinali S. Praxedis tolerata passim huiusmodi convivia exhibentur consultius putavit nihil respondere. Constituto Urbani habetur in Extravag. Sans de Simon. Ceterum sententiam excommunicationis de qua in d. c. 16. sess. 25. de regular. Sac. Congregatio declaravit non incurri ipso facto nec esse reservatam Papae. Quamobrem cum quaedam Moniales dotes accepissent à virginibus eandem proteus & Episcopus consulti et quid sibi esset agendum: S. Congreg. censuit eas non incidisse in excommunicationem ipso iure; quando enim à iure praecipitur aliquid sub pena excommunicationis; contra faciens non incidit ipso iure in excommunicationem, Sum. Ang. in ver. Excommunicatio t. nam. 8. tamen quia possent excommunicari, poterit eas Ordinarius absolvere, quia non reservatur Sedi Apostolicae. Agendum tamen cum Sanctissimo. Sanctitas absolvit à peccato ne possint excommunicari & dixit scribendum Episcopo, ut prohibeat istos abusus.

Quid de mulieribus Convertitis? Cum Congregatio Domus Paz vellet recipere aliquas mulieres in Monasterio, dubitatum fuit, an possint exigere dotes in susceptione habitus non oblatore prohibitione, c. 16. sess. 25. de regular. vers. Sed neque ante professionem quae non videtur extendi ad dict. Domum, cum ea potius sit comprehensa sub exceptione c. 18. eisdem sess. in fine, dum excipit Penitentes & Convertitas; S. Congregatio visa est inclinare in hanc sententiam, ut limitatio c. 18. non extendatur ad disposita in c. 16. tamen propter verba generalia d. c. 18. referendum ad Generalem. In Congregatione Generali est dubitatum ne nos generalia verba d. c. 18. comprehendant etiam cap. 16. Iisdem dictum pro tutiori via supplicandum Sanctissimo ut dispenset & dicendum an velit tollere annum probationis, Sanctitas sua visa inclinare in illam sententiam, ut ista Domus Paz non comprehendatur verbis, c. 18. praesertim cum habeat annum probationis; ideo comprehendit sub dispositione c. 16. tamen gratiam facit pro ista, ut ante professionem accipere possint non obstantes d. c. 16. nec vult auferre annum probationis, cum illum habeant in fundatione, de hac materia vide quae scripsi in v. ad Apostolicum num. 30. supra ead.



# DE REGULARIBUS.

Idem Gregorius IX.

## CAPUT XXIV.

NE Religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propriae detrimentum incurrant, & sanguis eorum de Praelatorum manibus requiratur, Statuimus, ut praesidentes capitulis celebrandis, secundum statutum Concilii generalis, seu Patres Abbates, seu Priores, fugitivos suos & ejectos de ordine suo, requirant sollicitè annuatim. Qui, si in Monasteriis suis recipi possunt, secundum ordinem regularem, Abbates seu Priores eorum, monitione praevia per censuram Ecclesiasticam compellantur ad receptionem ipsorum, salva ordinis disciplina. Quod si hoc regularis ordo non patitur, autoritate nostra provideant, ut apud eadem Monasteria in locis competentibus, si absque gravi scandalo fieri poterit, alioquin in aliis Religiosis domibus ejusdem ordinis ad agendam ibi poenitentiam, talibus vitae necessaria ministrarent. Si vero huiusmodi fugitivos, vel ejectos inobedientes invenerint, eos excommunicent; & tandiu faciant ab Ecclesiarum Praelatis excommunicatos publicè nuntiari, donec ad mandatum ipsorum humiliter revertantur.

## SUMMARIUM.

- 1 Religiosi fugitivi & ejecti annuatim sunt requirendi & cogendi ut ad Monasterium redeant.
- 2 Praelati regulares non revocantes ordinem quotannis suos ejectos & fugitivos, mortaliter peccant.
- 3 Dissimulatio peccatorum in Praelato, est mortale.
- 4 Opinio quorundam recentiorum, qui dixerunt hoc capitulum fuisse consuetudine abrogatum, rejicitur.
- 5 Curam animarum habentes tenentur iure Divino oves suas agnoscere & illarum custodiam incumbere & n. seqq.
- 6 Religiosi ab ordine ejecti etiam iuste, remanent subditi Praelatorum Regularium & votis ligati.
- 7 Consuetudo secundum quam Praelati Regulares non revocant ad Monasterium suos ejectos & fugitivos, est nutritiva peccati.
- 8 Abbas debet colligere Monachum suum ne damnabiliter evagetur & peccet.
- 9 Religiosi ejecti quoadmodum ad cor non redeunt, sunt in malo statu & tenentur suam redemptionem procurare, licet non requirantur.
- 10 Papa non dispensat cum Religiosis iuste ejectis ab ordine ut Missam celebrent in saculo.
- 11 Paja non facit de Monacho non Monachum, nisi ex gravissima causa.
- 12 Consuetudo nutritiva peccati est corruptela.
- 13 Religiosus fugitivus quis dicatur & quis ejectus & num. seqq.
- 14 Apostata dicitur religiosus eo ipso, quod recedit à Monasterio & non est sub obedientia Praelati.
- 15 Praesidentes Capitulis possunt excommunicari & facere excommunicatos denuntiare ab Ecclesiarum Praelatis.
- 16 Praelati regulares etiam immediatè, ut Abbates & Priores locales tenentur quotannis reducere ad Monasterium suos fugitivos & ejectos.
- 17 Religiosi etiam iuste & definitivè ejecti sunt annuatim requirendi & cogendi ad Monasterium redire & late resollitur contraria opinio usque ad n. 36.
- 18 Praelati qui Religiosos ab ordine iniuste ejiciunt sunt spoliati & in mora restituendi sicut fur, & numer. seqq.
- 19 Spoliatus iniuste, seu juri ordine non servato, illic est restituendus.
- 20 Religiosus indebitè ejectus impie à Praelatis regularibus denegantur alimenta.
- 21 Religiosi ejecti & fugitivi quomodo sint ad ordinem recipiendi si regula contradicat.
- 22 Disciplina Monachi delinquentis in quibus gradibus consistat secundum regulam S. Benedicti.
- 23 Monachus expulsus secundum regulam S. Benedicti ultra tertiam vicem non recipitur tanquam incorrigibilis.
- 24 Verba, salva ordinis disciplina, quid importent.
- 25 Damnus non debet quis inde suscipere, unde meritis gratiam reportare.
- 26 Scandalum in recipiendis Religiosis ejectis, qualiter consideretur.
- 27 Iustitia propter scandalum non est deferenda.
- 28 Religiosi fugitivi & ejecti, ubi ex regula recipi non debent, in quo loco sint ponendi.
- 29 Regularibus indebitè ejectis & spoliatis nullam criminem obijci potest, sed ante omnia sunt restituendi.
- 30 Ergastulorum pena regularibus quando imponatur.
- 31 Referuntur auctores qui dixerunt hoc cap. esse intelligendum de ejectis iniuste.
- 32 Eorum opinio reprobat in decretis de Apostatis, & ejectis.
- 33 Regularibus perpetuè ejectis ab ordine res judicata non suffragatur.
- 34 Inferiores à Papa non possunt facere de Monacho non Monachum.
- 35 Dispositione solvitur spirituale conjugium inter Praelatos & Ecclesiam.
- 36 Regularis etiam incorrigibilis ex decreto Congregationis Concilii edito sub Pio IV. prohibetur ejici à Monasterio. Discutitur an expediat huiusmodi decretum confirmare, ibid. & n. seq. usque in fin.
- 37 Regularium incorrigibilium ejectio de iure eorum permissa est à societate & consortio non autem ab ordine, & n. seqq.
- 38 Regularis proprietarius an possit ejici à Monasterio.
- 39 Regularium incorrigibilium ejectio, quibus rationibus probetur esse necessaria, & n. 44.
- 40 Regula S. Augustini de ejectio incorrigibilium qualiter sit intelligenda & n. 46.
- 41 Regularis incorrigibilis cur malint à Monasterio ejici, quam apostatare & n. 48.
- 42 Regularium expulsio, qua damna Ecclesia & Religiosis afferat & n. 49.
- 43 Regula Sancti Benedicti & Sancti Basilii de Monachis